



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Pauperes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

adfit consuetudo quòd populi teneantur ad reparationem, vel adfit quarta pro fabrica, & si non subsunt redditus deductis necessariis, recurrendum est ad parochianos, idem Addit. *ibi*, Sac. Con. Trid. idem in *q. 4. 400.* & facit *de clar.* Sac. Cong. 276. in *meis*, ubi censuit, si parochiani nolint, vel non possint reparare Ecclesiam parochialem, quòd destruat penitus, & habui in facto hunc casum, in terra Trammuntii Amalitanæ diocesis, ubi quædam parochialis juris patronatus, quæ habebat duodecim ducatos ex redditibus, & indigebat reparatione, fuit dubitatum, ad quem pertinebat dicta reparatio, ego consului ad Rectorem, quia fructus erant tenues, non ad patronum, quia nullos fructus ex ea percipiebat, sed ad parochianos, per jura superius allegata, & Aurrer. in *d. alleg. facit cap. 1.* & ibi Panor. *de Eccles. edifi.* Con. Trid. *sess. 21. ca. sess. 24. ca. 13. de refor.*

Seprimò, parochia non habens parochianos, vel propter bellum, vel aliàs, an teneatur provisus de illa dispositione, *ca. licet canon.* negativè tenet Selua 3. *par. 9. 42. num. 1.* Reb. *de promot. intra annum, num. 34.* similiter si fuerit unita beneficio simplici, etiam Archidiaconatus, vel præbendæ, quia beneficium assumit naturam beneficii, cui unitur, *capit. recolentes, de stat. monachor. in fine, cap. extirpanda, §. qui verò, de præb. Reb. loc. cit. num. 31.*

Dices; hoc est contra regulam communem, qua asseritur, quòd beneficium dignius non potest uniri beneficio minus digno, & quòd parochialis

*Prax. Episc. Pars II*

solùm possit uniri canonicatui cathedrali, & non collegiatæ, prout in *cap. exposuisti, & ca. sup. eo, de præb. lib. 6.* & tamen Reb. in *reg. de idioma, gl. 2. numero 7.* & de union. *num. 17. & 18.* dicit posse uniri monasterio monialium, & beneficio simplici, & quòd tunc non cadit sub dispositione, *capit. licet canon.* tamen hoc videtur satis durum, & non posse stare, ut parochia habeat curam parochianorum, & beneficiatus in dicto beneficio simplici, cui unita est parochia, non teneatur promoveri ad sacros ordines, quis enim exercet curam animarum? nisi dicas, quòd vel in ea ponetur Vicarius perpetuus, prout dicit idem *num. 7.* vel quòd sit destituta parochialis, vel diruta, vel aliàs, prout *sup. ista Selua 3. particul. qu. 61. num. 2.* Gomez. *de expectat. num. 36.*

### PAUPERES.

**P**Auperes mendicantes tempore, quo divina officia celebrantur, mendicare prohibentur, Pius V. *Bul. 5. quæ incipit, Cùm primum.*

### POENITENTIARIUS.

**P**Rimò, sæpè impetrantur literæ absolutoriæ, vel dispensatoriæ à sacra pœnitentiaria in foro conscientie, ut impetrans adeat aliquem doctorem, vel in sacra Theologia, vel decretorum, & sic vulgò solet committi, si præfatus præsentet alicui literas illas, an possit eo relicto, alium adire?

Respondetur, quòd non, etiam si primò

Q

md